



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Rationis cum appetitu pugna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

RATIONIS CUM APPETITU PUGNA
CAP. XIV.

*Herculis
cum An-
theo pugna
hierogly-
phicum.
Huc spectat
nomen An-
thei contra
viciatini-
mitum.*

Herculis Anthem intermentis simulachrum in multis antiquis numismatibus cernitur, quod
Antheus vero corporis Herculis pectus sapientiae sedes, atque prudentiae: quibus per petus est cum
appetitu ac voluptatib. pugna; semper enim appetitus rationi obstitit, nec potest ratio superari, ni-
si corpus ita in altum, & procul ab terrenarum rerum intuitu extulerit, ut pedes, hoc est, affectus, pul-
lum amplius fomentum à tellure accipiant: imò cupiditates & affectus qui terræ sunt filii, prohis in-
terficiat. Quo de genere mortis loquitur D. Paulus, Coloss. 3. cum ait: *Mortui estis, & vita vestra abs-*
condita est, cum Christo in Deo. Et David, Pla. 116. *Pretiosa in conspectu Domini meri sanctorum est.*
Et Servator ipse: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si au-*
tem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ioann. 12. Et hæc est omnium victoriarum præstantissi-
ma, unde in Scipionis Africanum tumulo legitur hic elegantissimus versiculus:

MAXIMA CUNCTARUM VICTORIA; VICTA VOLUPTAS.

& Boëtius hoc ipsum Herculis factum celebrans ait, SUPERATA TELLUS, SIDIRA DONAT.

INGENIUM VEL INTELLIGENTIÆ
VIS CAP. XV.

*Pterius, hic
tres virtu-
tes Herculi
attribuit:
1. ex simu-
lacro Capi-
tolii.
Sagitta
trium cu-
spidum
quid.*

Symbolica non solum Ægyptiorum, verum etiam Græcorum Theologia, Herculem pro huma-
no ingenio vel intelligentiæ vi ponit, pingitque illum arcum trium cuspidum sagittam iaculentem:
propterea quod humani ingenii acumen, cælestia, terrena & inferna scrutatur; vel propter triparti-
tam Philosophiæ distributionem, quia ingenio Mathematicas disciplinas, rerum naturalium causas,
& divina mysteria indagamus: aut alio modo, ex Socraticæ scholæ divisione in differendi subtilitate,
naturæ obscuritate, vita & moribus eo utimur, ita ut sagitta trium cuspidum aut triplicem mundum,
aut triplicem contemplationem, aut tripartitam significet.

PROMETHEUS.

ARTES ET INGENIUM, VEL ARTIUM
INVENTORES. CAP. XVI.

*Facula de
artium ori-
gine Plac-
nu.*

Plato in Protagora sub persona Socratis, huius mo-
di narrat de Artium origine fabulam. Erat, inquit,
aliquando tempus, quo dii quidē erant, mortalium au-
tem genera non erant. Postquā autem & his tempus fa-
tis constitutum venit, ut crearentur, formabant ipsa dii
intra terram ex terra & igne permixtis & ex iis quæ igne
ac terra permisceantur. Quam vero in lucem jã illa pro-
ducturi essent, illorum ornendorum facultatēq; singu-
lis, prout deceret, distribuendarum curā Prometheus &
Epimetheo demandarunt. At Epimetheus sibi distri-
buendi munus deposcit, & Prometheus, dum ego distri-
buo, dicit, Aspice & considera. Sicque illo persuaso dis-
tributionem facit. Hic vero aliis robur absque celerita-
te apponebat, alia debiliora velocitate ornabat, alia ar-
mabat, aliis inermi data natura, aliā quādam facultatē ad
salutē excogitabat. Quæ enim ex iplis parva fecerat, iis



*Vt qui pru-
dentissimus
erat, iis
ex quibus
à providen-
tia veni-
t cogitatio.*

volat